



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Nobili virò .... Comiti Tropeae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

cum nobis ex ipsius A. confessione constaret ipsum juramentum hujusmodi praestitisse ac tale receperisse mandatum, super impietatione predicti Episcopi silentium ei duximus imponendum, propter contumaciam tamen Episcopo citationem & purgationem propter infamiam indicentes, & venerabili fratri nostro Archiepiscopo Salzburgensi per apostolica scripta mandantes quatenus eundem Archiepiscopum denuntians ab officio pontificali suspensem, donec post purgationem suam iter arriperet ad sedem apostolicam veniendi, ab eo publice cum duobus Episcopis & tribus Abbatibus, qui bona opinionis existarent & vitam ejus nosse tam illo tempore quam transacto, nisi aliquod praedicatorum esset adeo manifestum ut propter illud ab ejusdem Ecclesiae praelatione debet merito amoveri, canonicam purgationem super objectis reciperet, ex parte nostra injungens eidem ut usque ad dominicam qua cantatur *Letare Hierusalem* proxime tunc futuram nostram se conspectui praesentaret, quod si forsitan in purgatione deficeret, aut nostro se contemneret conspectui praesentare, ipsum a Pragensis Ecclesiae praelatione sublatu appellatiois obstatculo amoveret, licentiam vobis auctoritate nostra concedens alium per electionem canonicam in Episcopum eligendi. Ceterum cum predictus Salzburgensis Archiepiscopus ad nostram præsentiam a quibdam Principibus mitteretur, vices suas dilectis filiis Praeposito & N. Decano Salzburgensi delegavit, assertens quod Episcopum ipsum ad præsentiam suam bis peremptoriè citavisset. Vnde cum Episcopus ad terminum sibi secundò præfixum nec ivisset, nec misisset aliquem responsalem, qui suam saltē absentiam excusaret, delegati predicti, sicut per suas nobis literas intimarunt, in eum excommunicatis sententiam protulerunt. Sed quoniam Episcopus tandem accedens ad eos, quod dictio Archiepiscopi nullatenus pervenisset ad eum proprio juramento firmavit, abolitionis ei beneficium praesertim. Deinde discussa diligentius veritate, cum nullum depositione dignum de objectis ei criminibus notorum invenissent, admiserunt purgationem ipsius, cum venerabiles fratres nostri Ratisbonensis & Hamburgensis Episcopi & dilecti filii C. de Brumen, B. de Sazau, S. de Cladomib. Abates eum pariter compurgarent, & ipsum tandem ab objecta sibi absolventes infa-

mia, in integratatem bonae famae restituere curaverunt, & injunxerunt eidem ut nostro se conspectui praesentaret. quod ipse tam celeriter quam humiliter adimplevit. Nos igitur laboribus ejus pio compatiens affectu, & gravaminibus volentes in posterum preceavere, ipsum cum gratia nostræ plenitudine ad vos remittimus absolutum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandantes quatenus bona fama denuntietis eundem, & ei de cetero sicut patri & pastori vestro debitam exhibeat reverentiam & honorem, & si quis eum temere super predictis impetrere forte voluerit, presumptionem ejus monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis. Datum Laterani III. Non. Maij.

*Nobili viro.... Comiti Tropee.*

**N** Obilitati tuae, quam haec tenus fidelem & devotam sumus experti cum, ut in illa que sit Comiti Celanensi in regesto quarti anni Domini Innocentij.

Epiſt. 23.

*Archiepiscopo Rothmagenſi.*

**F** Raternitatem tuam credimus non latere qualiter carissimo in Christo filio nostro Iohanni illustri Regi Anglorum, quantum cum Deo potuimus, adesse curaverimus haec tenus & deferre, inter ipsas primicias promotionis ipsius ad exaltationem regiam intendentess. Ne igitur credamus mutasse propositum vel aliter quam olim sentiebamus de ipso sentire, nunc etiam ipsum sinceræ dilectionis brachis amplexamur, & in magnificentia sua manutenerem volumus & fore. Ideo fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quod si qui in Normannia vel aliis partibus cismarinis eidem Regi subjectis contra eum præsumperint rebellare, & ipsi debitam subtraxerint reverentiam & honorem, præsumptionem eorum auctoritate nostra suffultus monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescas, mandatum apostolicum taliter impleturus quod & nostram & regiam gratiam valeas uberioris promerer. Datum Laterani Non. Maij.

Epiſt. 30.  
Vt rebellis Regis Anglorum  
catiger.

*A. Sancte Romane Ecclesie Cardinali  
Veronensi Episcopo.*

**C** Vm olim dilectus filius G. tituli Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis in Lombardia partibus legationis offi-

Epiſt. 31.  
De archidiaconatu Veronensi.

K K k

Tom. I.